

Venetiis, typis Simonis Occhi, 1744, 8.

Plag. 2.

In hac historia, seu narratione, a *Jano Planco*, Medicine Doctore Ariminenſi, & quondam in Academia Senenſi Anatomies Publico Profefſore, hiſtoria elegans & ſcitū digna deſcribitur cujuſdam Virginis Romanae, *Catharinae Viſzandæ* nomine, quæ a ſexto decimo anno uſque ad vigefimum quintum circiter habitum virilem merita eſt, quibuſdam Nobilibus in Hæteruria famularum præſans, quo tempore & antea nunquam cum viris ſanguinem miſcuit, licet cum iſtis ſæpenumero dormierit. Verum perire mulieres amabat, propter quas cum varia infortunia perpeſſa ſit, tandem, cum duas virgines in Libraſta, oppidulo dittonis Piſanæ, raptiſſet, iſta ſcloupei in genu prope Senas vulnerata fuit, quo vulnere interit Senis, cum in noſocomio per quindecim dies agrotalſet. Aliquot horas ante mortem mulieri quidam Senenſi reſelavit, ſe mulierem eſſe & virginem, petique, ut corona florum poſt mortem ſuam caput ornaretur; ita enim mos eſt in Italia ornare, quæ virgines moriuntur. A *Planco* & ab ejus adiutoribus diſſectum fuit ejus cadaver, & in eo reperta eſt integra hymenis membrana, quæ hic cum valvula coti deſcribitur; at canaliculi cyſthepatici & hepatoꝝfici in ſecore negantur. Hoc rotum a *Planco* additur, ut contradicatur aliquibus Senenſibus, qui autoritatem *Pinnelli* cujuſdam, Illuſtrationis Anatomici, hymenem in ſcriptis ſuis negantis, fuerant ſecuti. Sic poſt *Heiſſerum* valvulam *Bambini* in colo iterum aſſerit contra *Biancum*, Taurinenſem Anatomicum, ut olim jam fecerat in Epistoſa ſua anatomica; in qua etiã canaliculos illos cyſthepaticos & hepatoꝝficos negarat, quos nunc negare pergit, licet *Winnlowius* eos ſubobſeure admittat, quem illos non *ætroꝝyſis* vididiſſe, ſed ratione tantum & analogia admiſiſſe, judicat; rationem, docens, & analogiam in materia facti interdum vacillare, ut vacillarent, ſi quis, ut *Planco* ait, contenderet, ductum cyſticum eſſe in brutis omnibus tortuoſum & valvulis conſperſum, quod reigã talis ſit in hominibus.

L. E.

L. E. DE NUMERIS AMICABILIBUS.

Problemata, quæ circa indolem ac proprietates numerorum verſantur, hoc tempore, quo Analyſis mathematica ad multo profundiores ſpeculationes aditum aperuit, ſere penitus a Geometris deſiſta videntur; ac plerique arbitrantur, contemplationem numerorum nihil proliis ad augmentum Analyſeos conſerre. Verum tamen cerre inſtigatio proprietatum numerorum ſepenumero multo majorem ſagacitatem requirit, quam ſubtiliſſimæ quæſtiones geometricæ; atque ob hanc ipſam cauſam quæſtiones arithmetice immerito iſtis poſſunt videntur. Ac ſumma quidem ingenia, quibus maxima Analyſeos incrementa accepta ſunt referenda, numerorum aſſeſiones non indignas cenſuerunt, in quibus eſſolvendis plurimum operæ & ſtudii collocarent. *Carteſium* ſcilicet conſta, etiãſi ampliffimis cum univerſa Philoſophie, tum Mathematicos, meditationibus eſſet occupatus, tamen non parum in eruendis numeris amicabilibus deſudaviſſe; quod negotium deinceps *Schorenii* majori ſtudio eſt perſecutus. Vocantur autem numeri amicabiles, duo ejuſmodi numeri, quorum alter, ſi ejus partes aliquotæ omnes in unam ſummam colligantur, alterum producat; cujuſmodi numeri ſunt 220 & 284; prioris enim 220 partes aliquotæ, ſeu diviſores, ipſo minoris 1 + 2 + 4 + 5 + 10 + 11 + 20 + 22 + 44 + 55 + 110 ſummam præbent 284; atque hujus numeri 284 partes aliquotæ 1 + 2 + 4 + 7 + 11 + 142 viciffim producunt 220. Nullum autem eſt dubium, quin præter hos duos numeros plures alii atque adeo inſiniti dentur, qui eadem proprietate ſint præditi; neque tamen *Carteſius*, & poſt eum *Schorenii*, plura, quam tria, talium numerorum paria elicerunt, etiamſi non parum ſtudii ad plura eruenda impendiſſe videantur. Ac methodus quidam, qua uterque eſt uſus, ita eſt comparatã, ut ejus ope vix plures numeri amicabiles inveniri queant; aſſuſerunt enim, hujusmodi numeros in his formulis $2ax$ & $2az$ contineri, ubi x , y , & z , numeros primos denotent; quos ita comparatos eſſe oportet, ut ſit primo $z = xy + x$

L1 2

+ y,

$x + y$, cum vero ut fit $2^n (x + y + 2) = xy + x + y + 1$. Exponenti ergo n successively varios tribuerunt valores, ac pro singulis ejusmodi indagaverunt numeros primos x & y , ut posteriori aequationi satisficeret: qui si fuerint tales fuerint, ut $xy + x + y$ praeberet numerum primum, formae assumite $2^n xy + x + y$ exhibebant numeros amicabileles. Facile autem intelligitur, hoc modo ad majores exponentes n procedendo, mox ad tantos numeros $xy + x + y$ perveniri, qui utrum primi sint nec ne, discerni amplius nequeat, cum tabula numerorum primorum ultra 100000 nonnum habebatur extendā.

Perpicuum autem est, hanc questionem praeter necessitatem non leviter restringi, dum numeri amicabileles in his tantum formulis assumtis includi assumentur. Quod cum perpendissem, vocatis in subsidium nominibus arithmetis, ex natura divisorum petitis, plura alia numerorum amicabilelium paria sum adeptus, quorum cum tribus jam notis triginta hic communicabo; eos autem, quo eorum origo & natura clarius perspicuar, per factores expressos exhibebo. Sunt igitur numeri amicabileles:

I.	$2^x \cdot 5 \cdot 1r$	&	$2^x \cdot 7r$
II.	$2^4 \cdot 23 \cdot 47$	&	$2^4 \cdot 115r$
III.	$2^7 \cdot 191 \cdot 383$	&	$2^7 \cdot 73727$
IV.	$2^2 \cdot 23 \cdot 5 \cdot 137$	&	$2^2 \cdot 23 \cdot 827$
V.	$3^x \cdot 5 \cdot 13 \cdot 11 \cdot 19$	&	$3^x \cdot 5 \cdot 13 \cdot 239$
VI.	$3^x \cdot 7 \cdot 13 \cdot 5 \cdot 17$	&	$3^x \cdot 7 \cdot 13 \cdot 107$
VII.	$3^x \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 5 \cdot 41$	&	$3^x \cdot 7^2 \cdot 13 \cdot 25r$
VIII.	$2^x \cdot 5 \cdot 13r$	&	$2^x \cdot 17 \cdot 43$
IX.	$2^4 \cdot 5 \cdot 25r$	&	$2^4 \cdot 13 \cdot 107$
X.	$2^3 \cdot 17 \cdot 79$	&	$2^3 \cdot 23 \cdot 59$
XI.	$2^4 \cdot 23 \cdot 1367$	&	$2^4 \cdot 53 \cdot 607$
XII.	$2^4 \cdot 17 \cdot 10303$	&	$2^4 \cdot 167 \cdot 1103$
XIII.	$2^4 \cdot 19 \cdot 8563$	&	$2^4 \cdot 83 \cdot 2039$
XIV.	$2^4 \cdot 17 \cdot 5119$	&	$2^4 \cdot 239 \cdot 383$
XV.	$2^5 \cdot 59 \cdot 1103$	&	$2^5 \cdot 79 \cdot 827$
XVI.	$2^5 \cdot 37 \cdot 1267r$	&	$2^5 \cdot 227 \cdot 211r$

XVII.

XVII.	$2^5 \cdot 53 \cdot 10559$	&	$2^5 \cdot 79 \cdot 7127$
XVIII.	$2^6 \cdot 79 \cdot 11087$	&	$2^6 \cdot 383 \cdot 2309$
XIX.	$2^2 \cdot 11 \cdot 17 \cdot 263$	&	$2^2 \cdot 11 \cdot 43 \cdot 107$
XX.	$3^3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 71$	&	$3^3 \cdot 5 \cdot 17 \cdot 31$
XXI.	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 29 \cdot 79$	&	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 11 \cdot 199$
XXII.	$5^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 47$	&	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 29 \cdot 31$
XXIII.	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 37 \cdot 1583$	&	$3^2 \cdot 5 \cdot 13 \cdot 19 \cdot 227 \cdot 263$
XXIV.	$3^3 \cdot 5 \cdot 31 \cdot 89$	&	$3^3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 11 \cdot 29$
XXV.	$2 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 60659$	&	$2 \cdot 5 \cdot 23 \cdot 29 \cdot 673$
XXVI.	$2^3 \cdot 31 \cdot 11807$	&	$2^3 \cdot 11 \cdot 163 \cdot 191$
XXVII.	$3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 23 \cdot 79 \cdot 1103$	&	$3^2 \cdot 7 \cdot 13 \cdot 23 \cdot 11 \cdot 9 \cdot 367$
XXVIII.	$2^3 \cdot 47 \cdot 2609$	&	$2^3 \cdot 11 \cdot 59 \cdot 173$
XXIX.	$3^3 \cdot 5 \cdot 23 \cdot 79 \cdot 1103$	&	$3^3 \cdot 5 \cdot 23 \cdot 11 \cdot 19 \cdot 367$
XXX.	$3^2 \cdot 5^2 \cdot 11 \cdot 59 \cdot 179$	&	$3^2 \cdot 5^2 \cdot 17 \cdot 19 \cdot 359$

Gläubwürdige Nachrichten von dem Leben des Seil. Valentini, beyder Stgäthen Hoffelds, 1c.

hoc est,

DESCRIPTIO VITAE S. VALENTINI,

utriusque Rhaetiae Apostoli, cum animadversionibus chronologico-historico-geographicis, adornata ab ANTONIO ROSCHMANNNO, f. U. Lic. Bibliothecario Caesar. et Regio, Universitatis Notario, et Provinciae Tyrolensis Historiographo.

Ulmæ, proster in officina Bartholomæi, librarii, 1746, 4.

Alph. 1.

Qui Veldidene, urbis in Rhaetia quondam nobilissime, antiquitates, de quibus proxime dicemus, egregie exposuerat, Antonius Roschmannus, Vir πολυμαθής, vitæ postea S. Valentini, Rhaetorum Apostoli, descriptionem concinnare, & hoc pasto rebus Ecclesiae patriæ lumen affundere, apud animum constituit. Dignissimus nimirum ipsi videbatur Valentini, cujus memoria summo studio conservaretur, qui & doctissimam celestem diligentissime auditoribus suis inculcavit, & post

L1 3

mortem